

P I S A

1 6 0 8



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

H. d. 12.



an. XVII

C A R M I N A

In Nuptiarum solennitates

Clarissimi Doctissimiq; Viri,

Dn. M. HENRICI VEL-
STENII, LEOSTENENSIS SAXONIS,
Professoris Philosophiæ Moralis VViteber-
genfis publici, S P O N S I, Matrimoni-
um contrahentis

Cum,

Pudicissima lectissimaq; virgine

ELISABETA Müllers/

Honestissimi Viri,

Dn. ANDREÆ MÜLLERS,
olim Civis VVitebergenfis relicta filia, SPONSA,

Aciam Prudentissimi Ornatissimiq; Viri,

Dn. M. CHRISTIANI BARTO-
LI, Senatoris ibidem Privigna,

12 Ianuarij Anno 1608 celebrandas,

Benevolentia & Amoris ergo scripta

VVITEBERGÆ.

Typis Cratonianis, per Johan. Gorman.



Aud petrosus ager sibi credita semina reddit;
Marcescit, si quid gignere petra potest.
Talis non petra est Velstenius iste disertus,
Semina persolvit moribus & studijs.
Hausit Castalios ex dulci fonte liquores,
Volvere sacra diu Biblia cura fuit.

Haud didicisse satis tantum putat esse, sed illa

Qua didicit magna sedulitate docet:

Sedulitate docens artes, moresq; decoros

Qua discenda monet, Qua fugienda vetat.

Consona doctrina vita est, videt Iesuita

Qua jacet in sacrum fanda nefanda torum

Hinc laus crescit ei, viresq; acquirit eundo

Hinc fert virtutis digna brabea sue.

Faemina namq; bonum si pulchra, pudica, modesta

Annis si floret faemina dulce bonum.

Faemina grata viro si basi casta marito

Fert, dat & amplexus faemina grata viro.

Sic venit ecce tibi pia Sponsa, pudica, venusta,

Sic Virtutis amans sponse diserte venit.

Sic tibi sponsa datur fœdis non obsita rugis;

Flore vicens medio sed tibi sponsa datur.

O igitur felix, felix, clarissime sponse es

Conjuge qui tali pacta marita subis.

Cedit nonne tibi dos mundi maxima, cedit

Dum virgo talis caelitus ecce tibi!

Quare quod restat vestro nunc grator honori,

Conjugio vestro prospera cuncta precor.

Det Deus ut Pylj vivatis Nestoris annos,

Procreet & vester pignora cara torus

M. Iohannes Gisenius Osnaburgo VVesp'h.

Aliud.

Est ita, nec secus est, fato connubia quisquis
Ore negat fieri, pernegat esse Deum.
Non dubito possit quin hoc, Clarissime Sponse,
Scilicet exemplo certius esse tuo.
Tot post annorum casus, post mille labores,
Quis splendes doctos inter honore viros;
Albiacas tandem virgo pertraxit in oras,
Que consors thalamo concupit esse tuo.
Albiacas inter longè castissima Nymphas,
Queq; pudicitia fulget honore sua.
Hanc vitæ sociam conjunxit Pronubus ille
Qui regit astra poli, qui regit omne soli.
O factum bene! nil restat, nisi carmine grater
Exiguo, sponsis, omina fausta, novis.
Sponse tibi gaude, sis letus conjuge tanta,
Que tibi sola placet, qua tibi sola favet.
Hanc cupis, en jam sponse capis, capis hacq; potiris,
Hæc subit amplexus dulcis Elisa tuos.
Casta datur virgo, formosa, pudica, venusta,
Que placuit multis una petita viris.
Vive tuâ multos, Clarissime Sponse, per annos
Cum socia: letus compare vive tuâ.
Sponsa tibi gaude foelix vel conjuge tanto,
Cuius in his terris fama decusq; viget.
Hunc Phœbus, comitesq; novem, hunc quoq; Pallas amica,
Certatim studijs erudiere suis.
Hunc studiosa coles lateris conjuge tanto,
Quem tibi concilies, crede nec alter erit;
His nunc te votis submissè, Christe, precabor,
Ad sis ut sponsis prospere vitate novis.

Hic

Hic nuptam thalamo : fœlix heet illa maritum,

Prole : sed ô procul hinc absit Erynnis atrox.

Hoc precor, alma Parens, omen fatumq; secundes,

Et facias, precibus pondus inesse meis,

Iohannes Neuhaus Oldenburg.

ΝΥΞ πέλεν ἀμβροσίη καὶ ἅπαντες ἴπτι χθονὶ πάση
αἰθρωπι δῶρον μαλακοῖο ἔλοντο ὄνειρα :

καὶ μοι ἡμερίοις ἔργοισι διδμημένω ὕπνον
ὑψιμέδων ὁ θεὸς βλεφάροις ἐπι χεῦσεν ἄεργον
ὡς γίνεθ' ὄψι σκοτῶ, καὶ σὺκ ἀνέτελλεν ὁ ἠδύς
ἠλιῶ, ἠδὲ φάτω πολυήρατον αὔτε φααιθη
κείμαι ἐπεὶ μαλακῆ ἀνακλιθεὶς ἔτω ἐν εὐνῆ
λίω με (ἀτρεκέως μάλα ὕμιν τέτ' ἀγορεύω)

ποιαύτη φωνὴ μαλακῆ λίω παπε μύθω ;
ὄρσοο καρπαλίμως τί σὺ νήρητον ὕπνον ἰαύης ;
ὄρσοο καρπαλίμως, τί γε μή ποτε ἐστὶ νεόρτων
ὄτρηρῶν, ἔχρη, γλυκερόντε ἀλαλκε ὄνειρον,
σὲ γ' παιδευτῆ ὄρρωσ' γλυκῶ ἔμβαλε θυμῶ
ἡμερον (ὄσις εἰς δαμάειν τοῖς τόξεσιν οἶδεν
πάντας) νῦν τε γάμον τάχα, ἡμερόεντα τεληῶσαι
ἡμερόεντα θεῶ ἀπέυδ' ἡμερόεντα βροτοῖσιν :

ἔχρη, παιδευτῆ γάμον ἡδὴ σείο ἔχοντι
καὶ σὺν συμμίσησιν ἴαγαθ' εὐχεο πάντα γεραιροῖς
σύντ' ἀλλοῖσι φίλοις σέο, ὡς θεμῖς, εὐφρονη θυμῶ.
ὡς ἄρα ἠγέρθην, ἔμε γλυκὺς ὑπὶ αἰῆκε,
Παρθένον ἐξαπίνης ὄραω, θάμβησα, παραίτε
κάππεσε θυμὸς ἐμοὶ προσιν, δεῶ ἠδὲ μ' ἴκωνεν
πάντως, θάρσῃ, ἔφη, Μισαίων ἄγγελός εἰμι,
ὡς ἔφατ' : Αὐτὰρ ἐγὼ μιν ἀμειβόμεν ὄψι σέειπαν
μειλιχίοις μοὶ θυμὸν ἐπεὶ ἔπεσ' ἔμβαλ' εἴοισιν :
καλὰ μὲν ἔργα θεῶ ἀνῆσαι καλὸν ὀπηδῆς

μισαίων, ἀπὲρ ἔργον ἐμὸν μήπω τόγε ἐστίν.
ταῦτα ἐγὼ : Ὅδε αὐτὶς μεπρὸς μῦθον ἔφωεν
μὴ αἰά νῦν βάλλῃ, καὶ γὰρ θεῶν ἀσεροσπητῆ
αὐδάνη ἔργ' ἀμαθῶν, σὺ δὲ μὲ ἐμπαύζο μύθων.
ὡς τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγορεύομεν, εὐθύς
ῶχετ' ἀποπλάμεν, καὶ μ' ἔτω μῆνον ἔλειψεν.
πείσμακαρ ὅς συγέφ' ἀγαμον βίοτον φρεσὶν ἦσιν,
εἰδ' ἀλέγῃ ἔθνης, τῶν μισογάμων τε καὶ ἄλλων
μῦθον ἀπὸ στόματ' ἄχθ' ἰντων (ἀλλ' ἀνοήτως)
ἔ' ἀσεβῆς ἀσεβῆ ὡς μοι ἰνδάλλεται ἦτορ :
ὅσις ὅτι χθονὶ σῶζεσθαι καὶ αἰὲν ἄλυπον
ἰμείρεθ' βίοτον Διάχνη, ὡς φάρμακα φεῦγε
ἀλγέα πολλὰ ΓΑΜΟΝ καὶ κήδεα πολλὰ ἔχοντα.
ὡς φίλον ἐστὶν ἐλὼ κατὰ βελλὴν σήθεσιν ἐνί
αὐτοῖς ἀλλὰ ρέζειν μάλλον, ἡμερτεῖ ἢ
ρήματι πειθεσθαι, ἀ' ἐκείτ' ἐκέλευσεν ἀκχεῖν.
ἔτ' ἄ γὰρ σύμπαντα τὰ ἔρανος ἠδὲ τὰ γαῖα
πελυβότεια ἔχ' ἐπεὶ ἔξετελεσσε καθ' αὐτῶ
τὸ κρεῖττον, ἠγάθειον τέλ' ἔκ' ἔβωλακ' ἄνδρα
πλάσσειν ἐρυθραῖα, τίμηεν συζυγίης τε
(μῆνον μήποτ' ἔμεν καλὸν τὸνδ' ἄρσενα εἰπὼν)
ἦθ' ἔταξ', ἀλύτοις ζεῖξας τῷ φωτὶ ἀκοιπῆ
δέσμοσι πρῶτῳ, εὐνοίης ὄφρα πρὸ πάντων
κ' ἄχθ' εἰς βροτέον κόμισεν σημεῖα ἔχωμεν,
κ' ὄφρα ἔσθλων τε κακῶν τε ὅτ' ἔσθ' ἐλ' φυκτὰ πέλσση
σύμμαχ' ἢ π. σός, πισόν τε ἔ' ἠδὲ βοηθόν.
ταῦτ' ἐν νῦν κ' αἰεὶ αὐτε ἔ' αὐτε γῶτε ἕκαστ'
τῶν μεγάλ' εὐμενεός τ' ἀλέγων ἰότητα θεοῖο,
κ' ἄ βροτῆς μάλλον δεῖ. θηήσασθαι ἅπαντας.
πείσμακαρ ἐν τελέθεισ' σὺ διδάσκαλ' ἀγαυέ ἔ' ἐσθ' ἄ
ὅτι ἀπαιδα βίον χαίρειν μάλα πολλὰ κέλδυσας
εἰς ὑμεναῖον ἀγεις κέρλω σερνίω τ' ἐρατῶτε

(ὄσπλη)

(* πλήθος ασόφοιο κατηγορίας αλεξίτων)
 ἢ ἔκαλλιόμω πει καλλας κύπριδ' ἐρίζῃ
 κοσμησίντε γυνεῖς, φίλοι, εὐτεβίη, τέ ἔῃ
 καλ' ὦν (θαρσαλέως ἔπω) ἐν χ' θοῖ κάλλιον ἔδω.
 τ' ἐνεκα συγχαίρω σοί αὐτε ἔ αὐτε, ἔδωκεν
 κείνω σοίγε θεός : τ' εἰς διοτιερ ἔ ἀπαντι
 ἀκαμάθω μεγαλίω χάριν αὐδῆ ἡμάτι κλείσας,
 ὄμμασιν ὄφραίλω ἀνδρῶν προσορῶς τε ὄμιλοι
 μοῖρα τε ἔ καθελεῖ σε πανηλεγε θανάτοιο.
 νω ἐγὼ εὐσεβέως ἀγνώστ' ἐμα γένατα κάμπλω
 ἐμπερῶεν γονεως ἡμῶν ἔ Χριστ' Ἰησ',
 ἔ ἐλειμοσυη μένδ εἰς τέλ' αἰέν' ἀπασιν
 εὐσεβέσιν, κειν' ὅπιν ὀι ἀλέγασιν ἀληθῶς,
 γυνοπέτης τ' αἰτῶ ἡμῶν πάπλαινε πὸτ' εὐχάε
 εἰτε νέων νύμφων ψυχραῖς ἀνάχαρε φρένεσιν
 καιομένης ἀγάπης ζωερῶν τῶ φλόγα σείο :
 αὐτ' εἰς τῶ ἀγίῳ ἄγε πνεύματι ἡδε κυβερναῖ
 ὡς ἐνὶ ἀλλήλοισ πα σφάλματα ἀσθενάτω
 τλήνω κ' ἰω ζωῶ καὶ ζωῶ αἰώνιον αἰέν.
 εἰχομαι ἐκ θυμῶ πληρωθησααται ἀπαντῶ
 ὅσ' ἡύχοντο φίλοι πάντες, πα γδ' ευρυμέδοντα
 ῥήματ' πάντα τελείν θεῶ, ἡδε αὐήυτον ἔ ἐν.

Samuel Stangius Oldenburg. Frif.

Non sine successu fausto, clarissime sponse,
 Annuit inceptis Iuppiter ipse tuis.
 Comprobat hoc felix certamen Leucoris arcis,
 Quo tibi bellanti, praeda opulenta fuit.
 Qua possis cunctis fortunæ in casibus uti
 Et carpas bona, quæ culmen honoris habet.

Nemo

Nemo ergo dubitet pariter quin cepta negoti
 Cura cadat bellè, commoda multa ferens.
 Pangere nam castâ venerabile mente revolvis
 Connubij fœdus, quod jubet ipse Deus.
 Dum negat esse bonum mortalem vivere solum
 Et dicit, solus, quo relevetur, eget.
 Tantorum socia est socio facienda laborum,
 Pectore quæ similis, mente sit atq; sibi.
 Nam varios casus hominum, cum non feret unus,
 Felici poterunt ferre labore duo.
 Sicut tibi ne solus degas, clarissime sponse,
 Sponsa datur supero prospiciente Deo
 Quæq; animum rebus delectet lata secundis,
 Quæq; grave adverso tempore portet onus.
 Iam merito possum felicem teq; beatum
 Dicere, quod talis sponsa venusta venit.
 Gratulor ergo tuis tædis, clarissime sponse,
 Quas tibi jam confert pronubus ipse Deus.
 Conjugium quare hoc fausto sit sidere ceptum,
 Non sine prole torus, sit sine felle domus.
 Det Deus innumeros longævi Nestoris annos,
 Et jubeat latum quemlibet esse diem.
 Hæc precor ex animo, sed ne sim vana precatus,
 His pondus votis adijce Christe meis.

Bartholdus Prott Lemgovienfis VVestph.

HUc Heliconiadum Comites, Comitesq; sororum
 Festinate alacres, clara caterva Sophûm,
 Vota serenato resonate salubria vultu
 Certatim, Claræ jubila clara lyra.
 Quæis dicas faciendâ? toris, sic qualia quove
 Tempore? sic quoquo sint peragenda modo?

Non

Non senibus resonanda putans, aet ecce novellis

Omine felici Carmina Conjugibus:

Sunt etenim: clarus Veltenius arte Magister

Sponsus, qui Sponsam fœdere consociat.

Quid? Deus astripotens sociali fœdere pulcrum

Elisulam jungit, sponse colende, tibi:

Qualia quarendo pergis? num Barbara? non sic;

Sint nymphaa novo, sint hymenaa toro.

Tempore quo? num fortè novus cum desiet annus

Præsens? presentes intueare dies.

Post annum tepe facta ferent cunabula prolem

Præstantem, roseis (vota benigna) genis.

Tempus enim sua pro solito solemnia more

Postulat, & quæ cum tempore conveniunt.

Felix ac nimium felix, amplectere Laurum

Florentem, Viridem, Sponsa pudica, tuam.

Contra: age splendentem tibi consociare Coronam,

Sponse age, quæ nitida fida columna domus.

Quove modo? sic pro solito a ratione decorè

Quo hymenææ soles concelebrare dies.

Quod superest, faustum tibi sit sponsæq; decoræ

Conjugium, faxit Rector Olympiacus.

Hoc precor ex animo vobis, quin jure precabor

Nestoreos annos. Cesso; Valetè: sat est.

Xpov d'is: xov.

Ter qVater Vt IanVs' gaVDebat LVMIne pronò,

IVngl' Vr en pariter Virgo VenVsta tibi

Ioannes Baropius Tremonianus VVestph.

IN pia Conjugij dum Vota, Colende Magister,

Turba Poetarum conglomerata ruit;

B

An

An ego mutus ero, caream qui munere lingua?
Anne in vota pius, totus, & omnis eam?

Haud ita: Sed nitor sanctis superaddere votis
Talia pro vestra vota salute data:

Ihova parens, Gnatuſq; loy, cum Flamine sacro,
Dent tibi, te quod amet, dent tibi tu quod ames.

Gratulor; & tantis faveo successibus, opto
Vita ut sit vobis dulces in amore bonum.

Utq; unus torus est; fecit mens una, cor unum
Unum velle, unum nollesit, una fides.

Cetera sint commissa DEO, satis omnia cui sunt
Cognita, nunc voti summa sit ista mei:

Sit bene Sponse tibi, tibi sit bene Sponsa, secundet

Alma TRIAS thalamum fructibus omnigenis.

^{28. Nov. 15. 1700.}
Præter nomina Sponsi & Sponsæ Annum, Menses, diemq; Mensis,
quo nuptiæ celebratae fuerunt, continens.

SaCra Vbi LVX bis seXta pol o IpLenDebat IANI:

TraDita VeLitenlo LIsVLa CYLta Viro est.

Iohannes VVittenius e VVestph. Tremonian.

Materia ampla mihi modulari carmina fecit,
Sed quia sum parvus vix tria verba feram.

Sit tibi VE L STENI, felix conjunctio vitæ,

Sitq; thorus firmus, sit sine lite domus.

Sitis concordēs, sit fertilis ELISABETHA,

Ut te posteritas concelebrare queat.

Hæc rata sancte Deus, facias; & erit Neonymphis

Hic felix, firmus, fertilis ipse thorus.

^{28. Nov. 15. 1700.}
FaX Iani Vt bis seX toLes CoMpLeVerat: IpsI

VeLitenlo IVncta est Callis pVeLLa Viro.

Guilielmus Tolnerus Vnnensis VVestph.

Dum

A L I V D.

Dum thalamum ingrederis, fautor preclare Magister
 Elisabethę piam dat tibi virgo fidem.
 Addo vota simul vestris, quod jure requirit
 Officium, TU Herus es, me pia vota decent.
 Gratulor ergo tibi ex animo fœlicia quęq;
 Compręcor & tædis, Sponse colende, tuis.
 Gratulor atq; tibi, fortunatissima Sponsa,
 Quod vacuum vacuo sustuleris thalamo.
 Vos Deus efficiat post prole frequente parentes,
 Floreat ut sera prosperitate domus.
 Hæcce tuus summissę adjunxi incondita tædis,
 Quę placidã accipias mente, manuq; precor.

Georgius VVestermannus Herbedens. VVestph.

Undiq; conveniunt quoniam, Preceptor, amici,
 Ut tibi gratentur carmine, voce, manu.
 Cur sileat mea musa, hæc cur lassata remittat
 Brachia, cur versus differat, anne rogas?
 Iure quidem, (cum me tibi non studiosior alter,
 Vel magis observans debeat esse tui)
 Scribere deberem, votisq; adjungere vota,
 Stulta sed hæc dicent quisquiliãq; leves.
 Attamen & doctos inter caput erigo ineptus,
 Atq; malo versu nunc bona cuncta precor.
 Illa autem breviter versu uno includere possum,
 Felix & faustum Conjugium esto tibi.

Iacobus Eckmannus VVitteb.

F I N I S.

A L I V D

D...
E...
H...
O...
G...
C...
G...
P...
V...
F...
H...
S...

Georgius V...
V...

U...
U...
C...
R...
I...
V...
S...
S...
A...
I...
I...
E...

Jacobus Eckmannus Vireob.

R I W I Z



Fc 1249.
gn

ULB Halle

3

003 422 747



Bitte noch kein

Sammelbd. verwenden


nach Ausleihe


an Retro-Ecke

OK

Zurück!

VD 17





XVII

I N A
 solennitates
issimiq; Viri,
 RICHI VEL-
 ENSIS SAXONIS,
 e Moralis VViteber-
 N S I, Matrimoni-
 hentis
 imaq; virgine
 TA Müllers/
ri Viri,
 MÜLLERS,
 relicta filia, SPONSA,
Ornatissimiq; Viri,
 ANI BARTO-
 dem Privigna,
o 8 celebrandas,
 noris ergo scripta
 ERGA.
 Johan. Gorman.